

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 44. 1) Requisita generalia.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

## SECTIO V.

Solennia externa s. requisita instrumenti  
protestationis.

## §. 44.

1) *Requisita generalia.*

Ut instrumentum protestationis perfectum haberi possit, necesse est, primo quoad formam requisitis instrumenti publici munitum sit, secundo omnia ista contineat, quae ex eodem probari debent. E priori determinatione veritas et fides instrumenti, e posteriori ejusdem vis probandi nascitur, \*)

## §. 45.

Instrumentum publicum est, quod a persona publica conficitur. Personae publicae sine dubio sunt homines in officio publico constituti, sive sint magistratus sive non. \*\*) Maxime vero circa hoc notandum est, neminem personam publicam haberi posse, nisi intra limites officii sui agat; ultra eosdem enim et potestas et auctoritas cessat publica. Habes ergo hic non nisi iudices et notarios, ad quos respicere possis.

## §. 46.

\*) cf. HELLFELD jurispr. forensis §. 1158 sqq. Disquiritur hic de natura hujus instrumenti generali. Si in legibus provincialibus s. exoticis specialia quaedam praescribuntur, applicandae sunt leges loci, in quo negotium, i. e. protestatio, conficitur. FRANCK, inst. j. camb. maniff. tit. 3. §. 7. PÜTTMANN §. 112. ibique citati. Plura jura circa formam protestationis valde discrepantia allegavit SIEGEL *Einleit. ins WR. Th. II, c. 4. §. 16.* in *ejusd. corp. j. camb. P. II. pag. 419.*

\*\*) cf. *meine Institutionen des gesammten posit. Rechts* §. 258. 259.